



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Annotatio Arnonis Episcopi Tempore Caroli Magni Regis Francorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)



ANNO TATIO ARNO-
NIS EPISCOPI TEMPO-
re Caroli Magni Regis Fran-
corum.

DE hoc vero quod ad Episcopatum beati Petri primi pastoris Ecclesiae, sanctorumq; Apostolorum principis, quod constructum est infra oppidum SALZBURG, in pago LABAOCENSIVM, super fluuium IGONTA, qui alio nomine SALZANA vocatur, vbi & dominus ROBERTVS Episcopus atq; Confessor vna cum Sociis corpore requiescit, & inibi traditum fuit, & vbi praest venerabilis vir per diuinam misericordiam & mercedem domini nostri Caroli excellentissimi Regis Arn. Episcopus.

Theodo Dux.
Rodbertus.

PRIMUM quidem tradidit THEODO Dux, praeditum oppidum simulq; & castrum superiorem domino ROBERTO, cum terminis denominatis & confinibus vel omnibus appendicijs suisq; adiacentijs, vna cum campis, siluis, alpes, aquis, aquarumq; decursib⁹, sicut ad supra memoratum oppidum, vel castro Saltzburch & reliqua loca vel possessiones, sicut inferius scriptum esse videtur. Simili modo tradidit idem Dux villa nuncupante

pante PIDINGA, in pago Saltzburchoue, iuxta fluuium SALA mansos xxx. inter vestitos & apsos, vel quicquid ad ipsos mansos aspicitur. Simulq; & tradidit iam dictus Dux in eodem pago, in loco qui vocatur SALINAS FORNACES. xx. & totidem pacellis, & tertiam partem de putatorio ibidem concessit, quod barbarice dicitur GALGO. Insuper & iam dicto loco concessit decimam de sale de thelonio quod datur incenso dominico. Nec non & præfatus Dux tradidit Romanos & eorum tributales mansos Lxxx. inter vestitos & apsos, cōmanentes in supra dicto pago Saltzburgense, per diuersa loca. Simul & iam factus Dux tradidit in pago ARRAGOE secus torrentē FECHTESAHA Romanos & eorū mansos tributales. v. inter vestitos & apsos. Itemq; tradidit supradictus Dux in præscripto pago Saltzburgoe duos alpes, qui vocantur GANZO & LADYSA, in quo sunt tantummodo pascua ouium. In pago vero Drunese tradidit memoratus Dux villulam, quæ vocetur Pachman, cum mansos x. inter vestitos & apsos, cum silua & prata vel pascua ad eandem villam pertinentem, & in pago etiā Tonaltgor tradidit ipse Dux secus amne Danubio iugeres vinearum duas, prope ciuitatem Reganesburcha dicta.

SUCCEDENTE vero filio eius Theodberto Duce, qui tradidit villulā nuncupante Vzelinga in iam dicto pago Saltzburchoe, secus fluuium Salzaha mansos xx. inter vestitos & apsos, cum omnibus appendicijs ad eam villulam pertinente. Itemq; tradidit ipse Dux in loco qui dicitur Cucullos in supradicto pago Saltzburgoe, super fluuio Salzaha. idest mansos iii. vestitos & prata vel pascua ibidem pertinentia. Ipseq; Dux tradidit villā nuncupante Vualarfeo in eodem pago secus stagnū Vualarfeo mansos x. inter vestitos & apsos, & siluam vel aqua-

Teobertus
Dux.

rum decursionem in fluenta quæ vocatur Vischaha, & quidquid ad eandem villulam pertinere noscunt, simulq; & locellum, qui vocatur Talgoe in supradicto pago Saltzburgoe in quo est silua, prata, vel pascua. Pari modo præfatus Dux in supradicto pago tradidit villulam nuncupante Titamaninga in qua sunt mansi XXIII. inter vestitos & apfos, vna cum siluis, campis, pratis, seu farinarjis, vel quidquid ad ipsam villulã pertinere videtur. In pago vero Ifanagoe super riuum Ifana tradidit idem Dux villa nuncupante Ehardinge cum mansos XV. inter vestitos apfos, cū pratis & campis vel siluas atq; farenarijs ad eandem villã pertinente. Aliam vero villam in eodem pago tradidit ipse Dux nuncupante Tuzzlinga cum māsīs XV. inter vestitos & apfos, vna cum terminis & confinibus suis ad eandem villam pertinente. Tradiditq; memoratus Dux in pago Opingor villam nuncupatam Opinga, in qua sunt mansi XX. inter barscalcos & seruos & inter vestitos & apfos cū campis, pratis & siluis & omnibus appendicijs suis.

Huchbertus
Dux.

S VCCESOR namq; filius eius Huchbertus Dux tradidit in pago Rotagoe villa nuncupante Sauarstedi cum mansos XX. inter vestitos & apfos, & cum terminis vel appendicijs suis. In pago vero Saltzburgoe tradidit idem Dux in loco qui dicitur Endorff mansos vestitos III. & apfo I. & terminum siluæ, quæ adiacet secus fluenta Fischaha, & in pago etiam Matagoe tradidit præfatus Dux in loco, qui vocatur Icinga mansos tributales III. apfos.

Otilo Dux

P OST hunc exitit Otilo Dux, qui tradidit in pago Ifnagoe villam nuncupatam Metumunhaim secus fluenta Ifana & in ea mansos XX. inter vestitos & apfos, vna cū omnibus terminis vel appendicijs suis. Tradidit

didit idem Dux in pago Salzburgoe locillum qui dicitur Ellefnaunans, in quo prata & silua constititur, vel stagnum qui vocatur lacusculus, simulq; & Abriam lacum, in quo constat pascua & parta vel silua, piscatio atq; venatio, & inibi aliquanti fratres proprijs laboribus viuunt.

P O S T hunc vero successit filius eius Tassilo Dux, Tassilo Dux. qui tradidit in pago Tonagoe villam nuncupatam Poch cum mansos XXXIX. inter vestitos & apsos, vel cum omnibus appendicijs suis seu terminis ad eandem villam pe rtinente, seu & territorium in eodem pago, in loco qui dicitur Chruchenperch, qui adiacet secus amne Danubio, in quo nunc sunt plantagine vinearum instituta. Idemq; Dux tradidit in pago Filusgoe, in loco qui vocatur Riute, mansos vestitos duos. Insuper tradidit prædictus Dux in pago Salzburgoe villula nuncupata campus romanos cum mansos tributales XXX. inter vestitos & apsos. Similiter tradidit ipse Dux in pago Isanagoe in fisco dominico qui dicitur Poch mansum vestitum vnum. Itemq; tradidit prædictus Dux in pago Salzburgoe, in loco nuncupato Hal vnum puciatorium integrum, quod vulgariter dicitur Galgo. Tradidit siquidem præscriptus in suprascripto pago Salzburgoe in loco qui dicitur Regubertum seruum, nec non & presbyterum cum omni domo vel possessione sua, cum omnia, quidquid in ipso loco habuit. Ipseq; Dux iam scriptus tradidit cellam quæ vocatur Garoz super ripã Eni fluminis in pago Isanagoe, quam construxit Boso clericus per licentiã iam dicti Ducis in honore Petri principis Apostolorum, & ipse Tassilo ipsum clericum comendauit ad supra dictum monasterium vna cum ipsa cella. Liberi Boiarij.
Item de hoc quod tradiderunt libri Baioarij per licentiã Tassilonis ad suprascriptum Episcopatum, q; fuit eis ex cau-
sa-

sa Dominica beneficiatum, similiter & de illis potestatem non habent de se. Boso liber qui & presbyter & Iohannes frater eius tradiderunt per licentiam Tassilonis in pago PINNZGOE loca nuncupantes BISONZIO & SALAFELDA, & in alio loco qui dicitur sico Romanisco in pago SALZBURGOE iuxta fluuium SALA, id est in totum inter tributales & seruales mansos XV. & inter vestitos & apsos, quod sicut supra memorauimus ex causa dominica eis fuit beneficiatum, & ipsa traditione praefatus Dux ab ipso loco plenius & firmiter fecit confirmare: & in supra memorato loco Bizanzio aedificata est cella, in qua monachi labore manuum suarum viuunt. ONNO & filius eius Sigivolf & Sigibaldus iudex tradiderunt per licentiam, vt supra in iam dicto pago Salzburgense, in loco qui dicitur vico romanisco mansos apsos. II. simili modo ex causa dominica vt supra MAZZO & APPO & Arbertus non potestatem habentibus tradiderunt per licentiam in pago ISANAGOE loca nuncupantes in Amfinga & in VVidmbach & ad Hoccinhusir idem in totum mansos VII. inter vestitos & apsos. Hrodgaer & Gortscals & Eparichar tradiderunt per licentiam vt supra in supradicto pago Salzburgoe loca nuncupantes in VVangin & in VValardorf seu ad Straza hoc est in totum mansos VIII. inter vestitos & apsos. Grimbertus Comes tradidit vna cum permissione, vt supra in iam dicto pago in villula qua vocatur Papinga mansos quatuor, similiter ex causa Dominica Alexandra & Iacob filius eius tradiderunt per licentiam, vt supra in pago Atragoe, vel in ipso loco qui dicitur Afragoe mansos VI. inter vestitos & apsos, quod & fuit ex causa Dominica eis beneficiatum. Gaerod tradidit per licentiam vt supra in pago Salzburgoe in loco qui dicitur Totenhusir mansos tres, apsos similiter vt supra, Helmcinus per licentiam vt supra

supra tradidit in pago Drungoe in loco qui vocatur Chorrinbach, territorium quantumcunq; possidere visus fuit, quod nunc iacet apsum, qui fuit similiter vt supra. Dignoldus tradidit per licentiã vt supra pago Salzburgoe in loco qui dicitur Liueringa mansos III. apfos, qui fuit similiter vt supra: Egilulfus tradidit per licentiam vt supra in pago Matagoë in loco qui nominatur Steinbach mansos V. apfos qui fuit similiter vt supra. Tisa libera tradidit per licentiam Ortiloni Ducis in pago Salzburgoe in loco nuncupante monticulus, super fluuio Salzaha mansos VII. vestitos, qui fuit similiter vt supra. Iohannis seruus tradidit per licentiam Tassilonis in pago Salzburgoe, in loco qui vocatur Sura manso I. vestito qui fuit simili modo vt supra ex causa dominica. Ermlint Deo sacrata tradidit per licentiã vt supra in pago Rotagoë in loco qui vocatur Malaking super ripam Eni fluminis mansos vestitos III. simili modo vt supra. Gerlteaoz & Garmunt & Patto vendiderunt res eorum per licentiam Tassilonis ex causa Dominica in pago Salzburgoe villa nuncupata Muldorff, id est mansos XXV. inter vestitos & apfos. Theoderich tradidit per licentiam vt supra in pago Isanagoë, in loco qui dicitur Perinbach mansos II. similiter vt supra ex causa Dominica. Hildolf tradidit per licentiam vt supra in supradicto pago Isanagoë in loco nuncupantes Rota, & ad Perck mansos X. inter vestitos & apfos similiter ex causa dominica. Vualco tradidit suum filium Odalhardum per licentiam vt supra, cum omni sua hereditate in pago Salzburgoe in loco qui dicitur Dundlabrunna, id est mansos quinque inter vestitos & apfos simili modo vt supra. Hrodbert tradidit per licentiam vt supra in pago Chimingoe in loco qui dicitur Pontena mansos V. inter vestitos & apfos, qui fuit simili modo ex causa dominica.

Tradidit Villipato clericus, qui & liber per licentiam
 ut supra in pago Sūdregae in loco qui dicitur Vrdorf, su-
 per riulum qui dicitur Vrpach mansos VIII. inter ve-
 stitos & apfos; simili modo ex causa Dominica, quam tra-
 ditionem praefatus Dux manu sua pleniter confirmavit.
 Tradidit Hereland per licentiam supra in pago Augusta-
 goe mansos V. inter vestitos & apfos, simili modo ut su-
 pra ex causa Dominica.

Cella quae vocatur Auue quam construxit Baldun pre-
 sbyter in beneficio Dominico simulque & Rhrobertus
 presbyter cum licentia Tassiloni Ducis super ripam Ent-
 finius in pago Isanagoe, & quod ibi ex causa Dominica
 traditum fuit, idem in villa quae dicitur Garoz in iam di-
 cto pago mansos vestitos IIII. similiter & medietate de
 villa, quae vocatur Ascaue mansos VI. tres vestitos &
 tres apfos. Tradidit Tassilo ad Ecclesiam sanctissimi Petri
 principis Apostolorum quae est constructa infra oppido
 Salzburgh.

Reliqua vero quod ibi traditum est, de genere nobi-
 lium hominum esse videtur quoniam quidem aliqui homi-
 nes iniuste eam sibi usurpare volentes, dominus Rex in
 sua elymosina iterum priorem donationem, ad iam dicto
 monasterio permissum suum diligenter requisitam stu-
 dit reuocare.

Cella quae vocatur Zottinge quam construxit Guntha-
 rius Comes in iure hereditario in pago Hunnigae in ho-
 nore sancti Stephani protimartyris & quod ei Tassilo Dux
 concessit in beneficio idem tributarios XIII. inter man-
 sos vestitos & apfos. Secus ipsum locum & villulam quae
 vocatur Husir, cum mansos VIII. inter vestitos & apfos
 in pago Salzburgoe simulque & loco qui vocatur Vsinga,
 cum mansos VII. inter vestitos & apfos in supradicto pa-
 go Chi-

go Chimingaoe secus stagnum qui vocatur Chiminsaeo tradendi ei licentiam concessit iam factus Dux ad ipsum praefatum locum vna cum permissione iam dicti Ducis superscriptus Comes ad Ecclesiam beatissimi Petri principis Apostolorum ad iam dicto Monasterio Salzburgh. Ipsam vero cellam iniuste abstractam dominus Rex pro mercedis suae augmentum iterum reuocandum absque vlla contradictione concessit.

Istas Ecclesias consistunt in Salzburgae & Chimingae pagibus. Item de Ecclesijs parochiales, quas in beneficium pertinent, & de Barcalcis vna cum seruis siue de eorum territorio dotatae sunt.

- | | |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>Ad Sec Ecclesia cum manso I.
Ad Tubemdorff Ecclesia cum manso I.
Ad Fischaha Ecclesia cum manso I.
Ad Antheringas Ecclesia cum territorio.
Ad Gethica Ecclesia cum territorio.
Ad Anna similiter.
Ad Liuringa Ecclesia similiter.
Ad Walahamus Ecclesia cum manso II.
Ad Marciolas Eccl. cum territorio.
Ad Salinas quod dicitur Hal Eccl. cum manso II.
Ad Tingihclinga eccl. cu territorio.
Ab Chirchaim similiter.
Ad Balchlingas Ecclesia cum manso III.
Ad schildarius Eccl. cum manso I.
Ad Brumingas similiter.
Ad Deorlekingas Ecclesia cum manso III. apfos.
Ad Pohchirch Ecclesia cu territorio.</p> | <p>Ad Widaha Ecclesia cum vilula, seu cu omni pertinencia ad ipsum vicum tradidit Ragenbertus cum manso VI.
Ad Taharding medietas quae ad ipsam Ecclesiam pertinet beneficiu est, idem mansos VI.
Ad Erlastedi Eccl. cum territorio.
In pago qui dicitur intervalles
Ad Ratfeld Ecclesia cum territorio.
Ad Prifslech similiter.
Ad Buriom Eccl. cum manso III.
Ad Georgij Ecclesiam.
Ad Achingas Ecclesi. tantu.
Ad Fuginas Ecclesi. tantum.
Ad Oriano monte similiter.
Ad Vnzdorff Ecclesia cum territorio.
Ad Hrossu'za similiter.
Ad Burons similiter.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- Ad Rordorf Ecclesia cum manso II. apfos.
- Ad Lutrinpach Ecclesi: tantum.
- Ad Hucinnoſ Ecclef. cum territorio.
- Ad Hrodheringas Ecclesia cum mansis II.
- Ad Sma Eccel. cum mansis II. Item in pago Iſnagoe.
- Ad Hozzin Eccl. cum manso I.
- Ad Cidlar Eccl. cum manso I.
- Ad Turtin Eccl. similiter.
- Ad Dimpſtadum Eccl. II. cum mans. III.
- Ad Riolum Rota Eccl. III. cū man. VI.
- Ad Pohpah Eccl. cum mansis III.
- Item ad pohpah Eccl. cum man II.
- Ad Lohkirch Ecclesia cum māf. II.
- Ad Qāntalas Ecclesia cum māf. III. apfos.
- Ad Brixina Ecclesia cum territorio.
- Ad Pirchnavvanch similiter.
- Ad Caofftain Ecclesia cum territorio & cellula, ybi fratres nostri manibus laborant.
- Ad Epifas Ecclesia II. cum territorio.
- Ad Iſana Ecclesia cum territorio.
- Item Ecclesia ad Pohpah cum mans. III.
- Ad Liubin Eccl. cum mans. III.
- Ad Rotavbi Boninaha in ipsa Rota egreditur Ecclesia cum mansis VI.
- Ad Poizchurdorf Ecclesia cum mansis I.
- Ad Wila Ecclesia cum mansis tribus.
- Ad Holza Ecclesia cum tribus mansis.
- Item ad Holza Ecclesia cum mansis III.
- Ad Perck Ecclesia cum mans. III.
- Ad Pohkirch Ecclesia cum mans. V.
- Ad S. Stephanum Ecclesia cum mans. III.
- Ad Richerihufir de Conjectu Barſcalcis Ecclesia cum mans. I.
- Ad Aharnovva Eccl. III. cum mans. VII.

Nannburg.

ITEM de monasterio puellarum quod constructū est in honore Sanctæ Dei genitricis semper virginis Mariæ, iuxta ipsum Episcopium, in Castro superiore quem dominus Hrodbertus Episcopus ac confessor

for primum ædificauit quem & Salzburg appellauit, in
 quo & neptiam suam Christi famulam Erndrudam con-
 stituit cum alijs puellis, in quo loco honorifice requiescit,
 & quod inibi traditum est à Theodberto Duce subter an-
 nestimus. Tradidit in primis Theodbertus Dux in pago
 Salzburgoe villa nūcupāte Ainheringa cū mansis XXX.
 inter vestitos & apfos, & excitaes viros & quod eandem
 villam pertinuit, cum farinarijs in fluuio qui vocatur Sala.
 Nec non & tradidit illuc memoratus Dux in prædicto pa-
 go locellum qui vocatur Vischaha māfos quinq; inter ve-
 stitos & apfos, & farinarijs in fluenta, Vischaha. Tradidit
 idem Dux in eodem pago Salzburgoe in loco qui dicitur
 Talgen, in quo est tantummodo Ecclesia, prata & silua &
 medietate de lacu piscatione qui vicatur Mamnseo. Tra-
 didit idem Dux in supra dicto pago in loco qui dicitur Cu-
 eullos, secus fluuio Salzaha, in quo sunt tantummodo prata
 silua. Tradidit ipse Dux in ipso pago in loco qui vocatur
 Hal ad sal coquendum fornaces IX. tres sunt vestitos, &
 VI. apfos, & hoc decreuit censum dare vnusquisq; homo
 qui in Hal habitaret, quod barbarice dicitur Adalparo, tā,
 hij qui in nana & mona manerent, quam & illi qui in ipsas
 Salinas manerēt. A medio mense Madio vsq; ad Festum S.
 Martini omni ebdomata in feria sexta modo de sale dari
 deberēt excepto, IV manentes. Tradidit etiā ipse Dux in
 pago Salzburgoe secus fluuio Salzaha villa que vocatur
 Titamaninga, & in ea mansos L X. inter vestitos & apfos
 & inter excitaes & barschalcos, cum omnibus appendi-
 cijs atq; adiacentijs & cunctis terminis ad eandem villam
 pertinētibus, nec non & farinarijs in ipso loco congruētibus.
 Similiter ipse Dux tradidit in ipso pago supra scripto
 tributarios romanos CXVI. inter vestitos & apfos per di-
 uersa loca, & venationē in silua que adiacet inter alpes à Ga-
 izli.

Theodbertus
Dux.

izliberch vsq; ad pontes, quæ nûc vocâtur stega, & alpes in eodem pago III. Ita vocantur Cundicus & Cuculana alpica & lacuana monte, seu etiam partem de Abriani lacu piscatione, simulq; præscriptus Dux tradidit in pago Chimingaoe, villa quæ dicitur VVaginga, cum mansis XL. inter vestitos & aplos, farinarijsq; & cum omnibus appendicijs suis, & in ipso pago Chimingaoe tradidit iam dictus Dux villam nuncupatâ Chamara cum mansos XIII. inter vestitos & aplos, & inter seruos & liberos, aquis, aquarum decursibus & farinarijs, cum omni soliditate, & cum omnibus appendicijs suis. Insuper & in ipso pago iuxta fluenta Druna, tradidit idem Dux romanos & eorum mansos tributales LXXX. inter vestitos & aplos, cum omnia quicquid ad ipsos mansos aspicere videtur. Nec nõ & in pago A dragaoe tradidit supradictus Dux romanos & eorum mansos tributales III. Si quidem ipse Dux tradidit in pago Drunense tributarios XX. apud mansos eorum. In pago vero Matagaoe tradidit prædictus Dux tributarios IV. cum mansis eorum totidem inter vestitos & aplos per diuersa loca.

De cella vero sancti Maximiliani ita cõtigît, vt constructur ab initio. Ibant duo fratres in locum quid dicitur Põgavvi, nomen vnus Tonazanus, & alterius nomen Vrso in venatione & ad aurum faciendum, & viderunt illuc multa luminaria pluribus noctibus & alia signa multa, & venientes ad dominum Hrodbertum Episcopũ dixerunt ei quod ipsi ibi viderunt, & ipse pergens cum eis vidit ibi similiter. Tunc quoq; perrexit dominus Hrodbertus ad Theodonem Ducem, & dixit ei ipsa miracula, rogansq; cum licentia sibi dare vt cellam ibi construeret, & ita Dux Theodo ei licentiam dedit. Veniensq; dominus Hrodbertus iterum ibidem cum hominibus suis, & cum prædictis fratribus, & cepit ibi stirpare & locum mundare & oratorium facere.

Facto

Facto autem oratorio venit iterum ad Theodonem Ducē & rogauit eum secum ibidem venire, venientes autem ibidem dominus Hrodbertus consecrauit ipsum oratorium; & Theodo Dux tradidit ipsum locum ad sanctum Petrum ad Salzburg monasterium, & ex omni parte miliares III. & ipsi prædicti fratres cū licentia & cum consensu Theodonis Ducis tradiderunt ibidem omnem rem eorum quā eunq; habebant & nepotes eorum commendauerunt ad discendum & ad tendendum ad Salzburgh monasterium, nomen vnus VVrmhari & alterius nomen Cissimo. & dominus Hrodbertus misit ibidem suos monachos ad officium DEI faciendum & ad ipsam cellam faciendam. Cum autē VVrmhari & Cissimo literas didicerunt, cœperunt rogare dominū Hrodbertum, yt medietas Episcopi rei quā parentes eorū ibidē tradiderunt eis ad vsum fructuariū præstaretur, vsq; ad obitū eorū; & ita fecit dominus Rodbertus, illam aliam medietatem iussit seruire ad sanctum Petrum. Ipsi autem suis nepotibus illa n̄ aliam medietatē complacitabāt vsq; ad obitū eorū, & ita inde fuit hoc in beneficio de monasterio Salzburgh vsq; ad tempus Otilonis Ducis, tūc quoq; Vrso Capellanus Ottonis precit, vt ei ipsas res ex integro daret in beneficium, & ita Otilo fecit, & tulit hoc p̄ vim de monasterio Salzburgoe. Cœpit autē Virgilius Abba hāc ipsam causam querere ad Otilonē Ducem, & Otilo voluit illud comparare cum eo q; habuit ad Laufom, & hoc Virgilius nullatenus consensit, & ita Otilo permansit retinēdo iniuste quod de Salzburg monasterio retraxit.

Otilo
Virgilius,



OTICIAM vero istam ego Arn. vna cum consensu & licentia domni Caroli pijsissimi regis, eodē año quo ipse Baioariam regionem ad opus suum rece-

rece-

recepit à viris valde senibus & veracibus diligentissime ex-
 quisivi à monachis & à laicis, & conscribere ad mem oriã
 feci. Ista sunt nomina monachorum; Vitalis Amandinus
 præbyter, Latinus presbyter, Cuffulus Zissimo, Benedi-
 ctus Diaconus, Suido Diaconus, Eno presbyter, Baldo pre-
 sbyter, Lesso, Karheri, Regēbrecht presbyter, Materninus,
 Arnhelm Tazzus, Emico, Germanus. Laicorum nomina
 ista sunt, qui per sacramentum factū ab antecessoribus suis
 ira se audisse testificauerunt, vt supra dictum est: Iumine
 Comes, Duno comes, Kerrad iudex, Sigepald iudex, Epa-
 ro, Iulianus, Egilolf, Helmuni, Amalger, Luipram, Iuni-
 nam, Ato Gislolf, & ego Benedictus Diaconus hanc no-
 ticiam dictavi & conscribere iussi.

PRIVILEGIUM DOMINI
Philippi Regis ad confirmationem datum
omnium bonorum seu priuilegiorum
Salzburgen. Eccles. ad Eberhar-
dum II. Archiepisco-
pum.

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ Trinitatis
 Philippus diuina fauente clementia Romano-
 rum Rex, & semper Augustus. Si rationabi-
 les ecclesiasticorum petitiones Prælatorum ad ecclesia-
 rum suarum tendentes proficuum, clementer admitta-
 mus, speramus nobis apud Regem Regum, ad æternæ vi-
 tæ meritum & temporalis imperij prosperiorem decur-
 sum proficere, & eos quos benigna exauditione honora-
 mus, de cetero nobis deuotiores ac magis beniuolos fore.
 Noue-